



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

De protestationibus faciendis a moriente. c. 14

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

recommendaationem adiungit: vt infra fol. 170. **Prus tamen iustissimus facere debet sequentes protestationes.**

De protestationibus faciendis a moriente. Cap. 14.

Prima protestatio.

In nomine sanctissime trinitatis, patris, et filij, et spiritus sancti, Ego **A.** protestor coram te sanctissime angele dei diuina pietate ex utero matris mihi deputator: et coram te patre meo **P.** et coram omnibus vobis circumstantibus: quod in ea vera fide catholica, quae sancta Romana et apostolica proficitur ecclesia, et in qua omnes decesserunt sancti, mori desidero, et volo: Nec ad momentum temporis diutius uiuere affecto, nisi quantum diuine placuerit pietati, cui in omnibus conformiter meam subijcio voluntatem.

Secunda protestatio.

Item protestor, quod sub tua angelica protectione, et adiutorio diuine gratie discedam: et sic mori intendo absque omni desperatione et fidei dubitatione: ita quod neque magnitudo, nec numerositas meorum peccaminum in barathrum desperationis me immergere debent: cum sciam, et veraciter credam unam desicci sui sanguinis guttas in ara crucis effusam, suffecisse in redemptionem totius humani generis, si ita placitum fuisset diuine pietati.

Tertia protestatio.

Protestor quod in casu, ubi ex pusillanimitate spiritus propter tremendum diuinum iudicium, cui astare habeo, aut demonis temptatione, seu debilitate rationis (quod deus auertat) aliqua incederem desperationem, aut fidei dubitationem, hoc ipsum pro nunc sana mente existens reuoco, casto, et pro non tali facto habere volo, eo quod non a sano et deliberato hoc ipsum eueniet, submittens me totaliter diuine pietati.

Quarta protestatio.

Protestor etiam, quod cum diuina misericordia nulli peccatori contrito et confessio remissionem suorum peccaminum denegat eam desideranti, quod eandem misericordiam et remissionem mihi impertiri velit, toto corde desidero: et peto illam consequi per merita amarissime sue mortis, et virtutem preciosissimi sanguinis sui, per me effusi, in ligno sanctissime crucis, et per merita et preces sanctissime sue matris, et omnium sanctorum Angelorum, et electorum.

Quinta protestatio.

Protestor etiam super hanc petitionem, humili prece potestatem

ctam

etiam, vt diuina pietas me suscipere velit in numerum eorum hominum, quos ab eterno p̄ordinauit, in extremo iudicio esse saluandos: si, & in quantum pro meis peccatis exigentibus tandiu penas purgatorias sustinere debeam, dummodo in eternum non secludar a sua pietate. **Comendatio.**

His protestationibus premissis sanctissime angele Dei tibi extremam meam voluntatem & affectionem pro testamento anime mee comendo, tria mihi ex testamento saluatoris misericorditer impetrari rogans. Primo vn̄ lacrymosum intuitus & dolorosum suspirium: ex innumeris quos in cruce pendens tribus horis vn̄is habuit ad mitigandum dolorosos meos singultus & gemitus, & suspiria, quibus n̄c premo. Et vt ipsa mater omnis gratie mecum condiducere velit vn̄cuz cordis sui virginici gemitum dolorosumque suspirium ac lacrymosum intuitum, ex innumeris, quos sub cruce stando suspirijs & lacrymis habuit, atq; vt redemptore humani generis intuendo: Suscipiedo me in numerus eorū p̄d̄isti, qui veniā & salutem ad n̄m̄ in extremo iudicio per sua sanctissima merita & preces p̄sequuntur. Secundo succurrat tua angelica pietas: vt q̄n̄ miserum cor meum scindetur, & aia mea misera a corpore separabitur, tunc inueniā placabile iudicem: intuitu illius diuine charitatis, in qua amorosum cor suum scindebatur in cruce pro salute mundi: & sua diuinissima aia a diuinissimo corpore separabat. Ultimo sanctissime angele Dei, comendo tibi extremam horā vite mee: vt exorū aq; mee gubernando, & ab hostibus salutis me protegendō super has protestationes velis esse, vbi & quoties opus fuerit contra omnia pericula salutis, fidelis testis, & protector.

Illi sunt tres Pater noster, & tres Ave Maria: cum tribus orationibus, que debent dici pro animabus morientium quibus & malum eis prodest, si dicantur deuote. Cap. 15.

Primus Pater noster. Kyrielelei. Christeelelei. Kyrieleleison; Pater noster. **in memoriam agonie Domini nostri, Jesu Christi, Ave Maria gratia plena, Dominus etc.** **Oratio.**

O Domine Jesu Ch̄e per agoniam, & orationem tuam sanctissimam, qua orasti pro nobis in monte oliueti: q̄n̄ factus est sudor tuus sicut gutte sanguinis decurrentis in terras, obsecro te, vt multitudinē sudoris tui sanguinet, quē p̄ timoris tui angustia